

# Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die  
Lavanter Diözese.

## Cerkveni zaukaznik za Lavantinsko škofijo.

Inhalt: 1. Suburbana parochialis Ecclesia beatae Virginis Mariae, matris misericordiae Marburgi nuper aedificata et consecrata, honoribus ac gratiis coherestatur. — 2. Allocutio Pii PP. X. habita in Consistorio secreto die 6. Decembris 1906. — 3. Indulg.

300 dierum conceditur pro oratione ad S. Ioachim. — 4. Katholische Bahnhofmissionen für zureisende Mädchen. — 5. Österreicher St. Rafaels-Verein zum Schutz der Auswanderer. — 6. Pfarrkonkursprüfungen. — 7. Sveta olja. — 8. Literatur.

## 1.

### Suburbana parochialis Ecclesia beatae Virginis Mariae, matris misericordiae, Marburgi nuper aedificata et consecrata, honoribus ac gratiis coherestatur.

Nr. 28  
Praes.

A. In privata et separata audientia, auspicatissimo die 7. mensis Novembris anno 1906 mihi benigne concessa, Sanctissimo Domino nostro Pio PP. X. humiliter supplicavi, ut sacellum, Deo sacrum in honorem *Matris misericordiae* in civitate mea residentiali Marburgi munifice et magnifice erectum, ad dignitatem *Basilicae minoris* evehere dignaretur.

Libellus supplex, ad thronum Suae Sanctitatis deatus, sequentis est tenoris.

Beatissime Pater!

Michael, Episcopus Lavantinus, ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus, sequentia devote exponit.

Marburgi, in civitate residentiali Episcopi Lavantini, loco parvae ecclesiae parochialis sub titulo *Matris misericordiae* nova aedes sacra, tum molis amplitudine tum pulchris architecturae operibus praecellens, in stylo romano cum duabus turribus in honorem beatae Mariae Virginis aedificata est sumptibus, a christifidelibus atque etiam ab augustissimo Imperatore Francisco Iosepho I. sponte oblatis, quorum summa longe superat decies centena millia coronarum valoris austriaci. Insimul congruum coenobium ordinis Minorum, qui per amplam parochiam administrant, erectum est.

Ecclesiam, anno 1900 sollemni ritu Deo in honorem *Matris misericordiae* consecratam et dedicatam, non solum ex urbe Marburgensi eiusque confinibus, verum etiam e dissitis regionibus piae peregrinationis causa chri-

sticolae magno numero quotannis visitare assolent: Dei genitricis *sacram iconem*, ex primaevi sanctuario in novum translatam atque in ara templi magnifici maiore collatam, vetustate ac prodigiorum insignem veneraturi.

In dioecesi Lavantina, quam circiter 520.000 fideles incolunt, plus quam 500 ecclesiae maiores existunt. Durante episcopatu humiliter subscripti Praesulsi viginti novae ecclesiae parochiales, omissis ecclesiis filialibus ac capellis, extructae sunt. At inter tot sacra tempula dioecesana non datur privilegiis et indulgentiis singularibus locupletatum.

Quae omnia animo reputans, Episcopus dioecesim Lavantinam impraesentiarum administrans, Sanetitati Tuae devotissime substernit votum supplex, ut praedictam *Ecclesiam Marianam* ad Basilicae minoris titulum et dignitatem evehere digneris, utpote quae pulcherrimis ecclesiis ditionis austriacae ac praesertim dioecesis Lavantinae merito accensenda sit. Concessio eidem honorificentiarum ac privilegiorum, quae minoribus almae Urbis Basilicis de iure competit, certe cederet in maiorem Deiparae gloriam, in ubiorem cultorum eius salutem nec non in ardentiorem zelum studiosorum Sanctuarii custodum francescum.

Pro qua gratia et Deus.

Sanctitatis Tuae humillimus et obedientissimus famulus et filius

† Michael, Episcopus Lavantinus.

Marburgi, die 21. Octobris 1906.

Beatissimus Pater Pius X. clementer exceptit libellum supplicem eumque perlegit irremoreque ipsi haec verba adscripsit:

**Iuxta preces cum omnibus privilegiis Basilicis minoribus de Urbe iam concessis.**

Die 7. Novembris anni 1906.

**Pius PP. X. m. p.**

Hoc facta, Summus Pontifex libellum supplicem in manus meas tradidit, dicens: *Ecce, frater venerabilis, omnia facta sunt!* — Paulo post visitavi sacrorum Rituum Congregationem eamque petii, ut rem gestam in suo tabulario consignare dignaretur. Reverendissimus dilaudatae Congregationis Secretarius in tergo libelli supplicis sequentem rubricam fieri fecit:

Lavantina.


Nr. 60

1906

Praesens Rescriptum Autographum Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae X. in actis Sacrorum Rituum Congregationis exhibitum fuit die duodecima Novembris anno 1906.

L. S.

† D. Panici, Archiep. Laodiceen.  
S. R. C. Secret.



Nr. 29  
Praes.

B. Reverendissimum Capitulum sacrosanctae patriarchalis Basilicae Liberiana de Urbe litteris, die 11. mense Februario anno 1906 datis, *Ecclesiam s. Mariae a misericordia* Marburgi sitam, praefatae Basilicae maiori Sanctae Mariae Maioris aggregavit et incorporavit, quo participationem et communicationem gratiarum, indulgentiarum, privilegiorum ac indultorum Liberiana Basilicae a Summis Pontificibus concessorum nostra Ecclesia consequi potest et valet. Instrumentum authenticum sonat, ut sequitur.

**Capitulum et Canonici sacrosanctae patriarchalis Basilicae Liberiana de Urbe.**

Dilecto Nobis Principi-Episcopo Michaeli Napotnik salutem in Domino sempiternam!

Pia ac singularis devotio, quam erga sacram Ima-  
ginem Deiparae Virginis, quae S. Lucae Evangelistae  
depicta manu in sacrosancta Nostra Liberiana Basilica  
multis abhinc saeculis asservatur, clariorque in dies elucet  
miraculis, quae Deus per illam omni tempore ad usque  
tempus praesens operatus est, habere Te constat, congrue  
promeretur, ut iis, quibus ex Apostolica dispensatione  
datum nobis est, favoribus Te prosequamur. Quapropter  
cum a Nobis petieris, ut attenta praecipua religione,  
quam erga ipsam Dei Genitricem, eique tam specialiter  
dicatam Basilicam nostram Liberianam ex animo profiteris,  
Ecclesiam S. Mariae a miseric. Marb. sitam in dioecesi Lav-

tina sacrosanctae Basilicae Sanctae *Mariae Maioris* unire, aggregare et incorporare velimus, quo participationem et communicationem gratiarum, indulgentiarum, privilegiorum indultorumque Apostolicorum Nobis et Eisdem Liberiana Basilicae a Summis Pontificibus concessorum dicta Ecclesia consequi possit et valeat; Nos tam pio desiderio, quantum cum Domino possumus, satisfacere volentes, auctoritate ordinaria et qua vigore indultorum et privilegiorum Apostolicorum praedictorum fungimur, et praesertim attenta facultate a fel. record. Clemente XII. per suas Litteras Apostolicas datas sub annulo Piscatoris die 8. Iunii 1736 Nobis benigne concessa, petitam aggregationem Tibi indulgemus, ita ut omnes utriusque sexus Christifideles ad praefatam Ecclesiam confluentes, rite tamen dispositi, iis indulgentiis, spiritualibus privilegiis et gratiis frui, potiri et gaudere in forma Ecclesiae consueta possint, quae in praedictis Clementis XII. litteris continentur. Indulgentiarum autem, spiritualium privilegiorum et gratiarum huiusmodi summarium est, quod sequitur, videlicet: *Plenariae* in Festo Conceptionis, Nativitatis, Annunciationis et Assumptionis Beatae *Mariae* Virginis. *Partiales* in Festo Purificationis Beatae *Mariae* Virginis, vigintiquinque annorum et totidem quadragenarum: Visitationis, quinque annorum et quinque quadragenarum: Praesentationis, quatuor annorum et quatuor quadragenarum: in Festo Exaltationis Sanctissimae Crucis trium annorum et trium quadragenarum: in Festo Dedicationis S. Michaelis archangeli, duorum annorum et duarum quadragenarum. Item *Indulgentiae stationales*: Dominica prima Adventus; Feria IV. quatuor Temporum Decembris; Vigilia Nativitatis Domini; Die eiusdem Sanctissimae Nativitatis; Feria IV. quatuor Temporum Quadragesimae; Dominica secunda Quadragesimae; Feria IV. Maioris Hebdomadae; Dominica Resurrectionis Domini; Feria II. Rogationum; Feria IV. quatuor Temporum Pentecostes; in Festo Dedicationis S. *Mariae ad Nives*; Feria IV. quatuor Temporum Septembris. — In quorum praemissorum fidem praesentes per Reverendissimum Secretarium Nostrum subscriptas ac sigillo Capitulari munitas expediri mandavimus. Datum ex Aula Nostra Capitulari apud S. Mariam Maorem die 11. Mense Februario Anno MCMVI.

L. S.

† Vincentius Card. Vannutelli m. p.

Patriarch. Bas. Lib. Archipresbyter.  
Can. Titus Trocchi Prot. Apostolicus. Secretarius Capituli.

Basilica Liberiana de Urbe compellatur etiam *Maria Maior*, *Maria Maggiore* et dedicata est *Mariae ad Nives*, cuius festum recolitur die 5. mensis Augusti. In hac Ecclesia reconditur et colitur Praesepe Infantis divini Iesu; item hic saera imago Deiparae Virginis, quae s. Lucae Evangelistae manu depicta creditur, multis abhinc annis asservatur. Summi Pontifices hanc Basilicam, quae Ba-

silicis quatuor Maioribus et septem Maioribus Stationalibus de Urbe annumeratur, multis gratiis et indulgentiis ditarerunt. Clemens XII. recolendae memoriae per suas Litteras apostolicas de die 8. Iunii 1736 facultatem ei tribuit, sibi aggregandi ecclesias extra Urbem sitas, ita ut omnibus indultis et spiritualibus privilegiis frui et potiri possint ecclesiae aggregatae, quibus gaudet Basilica Liberiana.

Et hisce cum patriarchali Basilica Liberiana unitis ecclesiis annumeratur abhinc etiam *Ecclesia beatae Virginis Mariae, Matris misericordiae*, Marburgi sita. *Omnes utriusque sexus Christifideles ad eam confluentes, rite dispositi, lucrantur omnes gratias et indulgentias, quibus potirentur, si sacrosanctam Basilicam sanctae Mariae Maioris Romae visitarent.* Acquiri autem possunt, praestitis praestandis, indulgentiae.

I. *Plenariae*: 1. in festo Conceptionis immaculatae, die 8. Decembris; 2. in festo Nativitatis, die 8. Septembris; 3. Annunciationis, die 25. Martii et 4. in festo Assumptionis beatae Mariae Virginis, die 15. Augusti.

II. *Partiales*: 1. in festo Purificationis B. M. V., die 2. Februarii, 25 annorum et 25 quadragenarum; 2. in festo Visitationis, die 2. Iulii, 5 annorum et 5 quadragenarum; 3. in festo Praesentationis, die 21. Novembris, 4 annorum et 4 quadragenarum; 4. in festo Exaltationis Crucis, die 14. Septembris, 3 annorum et 3 quadragenarum; 5. in festo Dedicationis s. Michaelis archangeli, die 29. Septembris, 2 annorum et 2 quadragenarum.

III. *Indulgentiae stationales*: 1. Dominica prima Adventus, 10 annorum et 10 quadragenarum; 2. Feria IV. quatuor Temporum Decembris, 10 annorum et 10 quadragenarum; 3. Vigilia Nativitatis Domini, 15 annorum et 15 quadragenarum; 4. Festo Nativitatis Domini, indulgentia plenaria; 5. Feria IV. quatuor Temporum Quadragesimae, 10 annorum et 10 quadragenarum; 6. Dominica secunda Quadragesimae, 10 annorum et 10 quadragenarum; 7. Feria IV. Maioris Hebdomadae, 10 annorum et 10 quadragenarum; 8. Dominica Resurrectionis Domini, indulgentia plenaria; 9. Feria II. Rogationum, 30 annorum et 30 quadragenarum; 10. Feria IV. quatuor Temporum Pentecostes, 30 annorum et 30 quadragenarum; 11. in Festo Dedicationis s. Mariae ad Nives, die 5. Augusti (facienda intentio lucrandi indulgentiam localem) et 12. Feria IV. quatuor Temporum Septembris, 10 annorum et 10 quadragenarum.



C. Nunc quaestio exoritur, quidnam privilegiorum, gratiarum, praeminentiarum, indultorum nomine veniat, quibus *Basilicae minores* utuntur?

In causa Lucerna sacerorum Rituum Congregatio die 27. Augusti 1836 declaravit: „nomine privilegiorum, gratiarum, praeminentiarum, exemptionum, indultorum

caeterorumque similium . . . favore alicuius Ecclesiae ad gradum Basilicae minoris elevatae, venire: *Conopoeum*, omni tamen auri et argenti ornatu ab eo excluso, *Tintinnabulum* et usum *Cappae magnae*“. [Cfr. Lucerna, Nr. 2744 (4781) in opere: *Decreta authentica Congregationis sacerorum Rituum ex actis eiusdem collecta eiusque auctoritate promulgata sub auspiciis ss. Domini nostri Leonis Papae XIII. Vol. II. ab anno 1706 Num. 2163 usque ad annum 1870 Num. 3232. Romae, ex typographia polyglotta. 1898. Pag. 264].*

Egregium suffragium super praecitato decreto 2744 Lucerna (4781) continetur in opere: *Commentaria ad instructionem Clementis XI. pro expositione ss. Sacramenti in forma XL horarum et suffragia atque adnotationes super decretis sacerorum Rituum Congregationis. Vol. V. Romae. 1900. Pag. 357—360.* (Ad practicum usum huius operis requiritur: *Index generalis rerum occurrentium in decretis sacerorum Rituum Congregationis per tria priora authenticae collectionis volumina digestis cum enumeratione suffragiorum atque adnotationum, quae in quarto volumine exhibentur. Volum. V. Romae, 1901).*

De honoribus Ecclesiae Mariana Marburgensis ad dignitatem Basilicae minoris evectae haec notentur.

1. Inter scriptores liturgicos vix ullus reperitur, qui apposite pertractet, quibus honoribus, quibus privilegiis quibusve praerogativis honestatae sint Basilicae sive maiores sive minores. Primum huiusmodi insigne est *nomen seu titulus: Basilica*.

Basilica, si eius perquiramus etymologiam, regiam sive regis domum significat. Apud gentiles Basilica ad publica peragenda negotia quasi diversorum erat. Seneca libro 3. de ira cap. 33 observat: „Fremitu iudiciorum Basilicae resonant.“ Erat locus ad ius dicendum, ut Plinius lib. 6 epist. 33 habet: „Sedebant iudices centum et octoginta . . . ingens utriusque advocatorum et numerosa subsellia, adstantium corona latissimum iudicium multiplici circulo ambibat. Ad hoc stipatum tribunal atque etiam ex superiori Basilicae parte . . . visendi studio imminebat.“

Christiani gentilium Basilicas in ecclesiis et ex profano ad sacrum usum et in locum ad divina peragenda officia converterunt. Basilicae prius vocabantur regum habitacula, nunc divina templa ita nominantur, quia ibi *Regi omnium*: Deo cultus et sacrificia offeruntur. S. Augustinus (de civitate Dei) templum Vaticanum *Basilicam amplissimam* appellavit.

Differentia erat inter tempula et basilicas. In templis enim columnae, quibus illa ornabantur, *in externa parte*; in basilicis vero *in interna* positae erant. — Basilicae apud christianos initio quoad religiosum cultum aliqua ratione a templis differebant. Nam illae plerumque, singulariter ad *Sanctos*, praesertim *Martyres*, colendos statutae erant; tempula vero *ad sacra celebranda mysteria*

erant destinata. Ex quo autem ecclesiarum numerus crevit, tempa sive basilicae indiscriminatim ecclesiae sunt appellatae, et tam sanctorum cultus in utrisque agebatur, quam divina mysteria celebrabantur.

Nomen tamen *Basilicae* iis ecclesiis datum fuit, quae per totum orbem magis essent insignes vel ob antiquitatem vel ob magnitudinem aut celebritatem, quae ipsis inerat. Ast quum ob aliquam peculiarem rationem *Basilicae* nomen a Summis Pontificibus aliis etiam ecclesiis concessum fuit, tunc facta inter *vetustiores* et *novas Basilicas* distinctione: illae *maiores*, hae *minores* nuncupari coeperunt, quae appellatio alteri aequivalet *primi* aut *secundi* ordinis.

Quatuor tantum primariae Ecclesiae Romae *Basilicae maiores* dicuntur seu *patriarchales Ecclesiae*: Lateranensis, Vaticana, s. Pauli via Ostiensi et Liberiana (seu Maria Maggiore). Quarum prima „mater et caput omnium ecclesiarum“ Sedem Romanam praesignat, secunda Constantiopolitanam repraesentat, tertia Alexandrinam designat, quarta Antiochenam exhibit. Basilica s. Laurentii extra muros reservata est Patriarchae Hierosolymitano. (Cfr. Gaëtano Moroni Romano, Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica da s. Pietro sino al nostri giorni specialmente intorno. In Venezia, 1811. Volum. III. pag. 186—190).

Basilicae minores habentur Romae novem: S. Lorenzo fuori delle mura, S. Croce in Gerusalemme, S. Sebastiano, S. Maria in Trastevere, S. Lorenzo in Damaso, S. Maria in Cosmedin, SS. dodici Apostoli, S. Pietro in Vinculis et S. Maria del monte santo. — Extra Urbem numerantur Basilicae minores per paucae, v. gr. ecclesia cathedralis Lucerae in Italia, ecclesia s. Iacobi in Sicilia, s. Francisci in civitate Assisi (inde a die 23. Martii anno 1754), ecclesia sanctae Mariae in oppido Lourdes, templum s. Stephani Protomartyris Hierosolymis nuper extrectum (inde a die 10. Iunii 1904), cathedralis ecclesia B. M. Virginis de Horto Clavarii in Liguria (inde a die 27. Nov. 1904), ecclesia cathedralis Urgellen. in Hispania (inde a die 9. Decembris 1905), ecclesia Dominae nostrae in Monte Sancto prope Pržibram in Bohemia, ecclesia B. M. V. Gratiarum in Monte Sancto prope Goritiam, hac dignitate decorata die 26. Aprilis 1906, Sanctuarium B. M. V. de Caravaggio in dioecesi Cremonen. die 7. Maii 1906 et nuperrime ecclesia Matris misericordiae Marburgi existens, hoc titulo die 7. Novembris 1906 ditata.

2. E prolati aperte patet differentia inter Basilicas maiores et minores; quae vero sint utrarumque privilegia, honores caeteraque, quae ipsis tribui debent, silent autores. Basilicis maioribus a summis Pontificibus nec omnibus aequa communia tributa et concessa sunt. — Responsio desumenda est ab ipsis apostolicis litteris, et ab aliarum Basilicarum exemplo. Romae quaedam sunt omnibus communia, quaedam vero aliquibus concessa. Tenore rescripti autographi Pii PP. X. de die 7. Novembris

1906 ecclesiae B. M. V. a misericordia omnia privilegia tribuuntur, quae Basilicis minoribus de Urbe iam concessa sunt. Hinc ei certo competitum privilegia, quae Romae Basilicis minoribus communia sunt.

Praeter *titulum seu nomen* competit ergo ipsi usus *Conopoei*, italice padiglione, papilio, sinnichio nominati (Zelt, Gezelt, Pavillon). Hoc conopoeum distinguendum est a conopoeo, quo tabernaculum pro Sanctissimo circumdari seu obtagi debet. Conopoeum seu insigne Basilicae aequiparandum est magno umbraculo seu tentorio, quod praecedit in sua quidque ecclesia et in suppliciis, toti Clero communibus. Dicitur etiam basiliche, tamquam signum basilicae. Tale conopoeum ostensum est mihi a sacrista in Basilica Vaticana: simile magno umbraculo cum veste serica. In Basilica minore s. Laurentii in Damaso (Canzillaria apostolica) inveni conopoeum de colore rubro-albo decoratum cum effigiebus s. Damasi et s. Laurentii<sup>1</sup>. Supra portam ecclesiae s. Birgittae, penes Cancellariam apostolicam sitae, vidi conopoeum marmoreum tamquam insigne (stemma, Wappen) Basilicae s. Mariae in Trastevere, cuius filialis est ecclesia s. Birgittae.

3. Tertium insigne Basilicae minoris est *Tintinnabulum*, vulgo campanella. In Basilica s. Petri est hoc tintinnabulum sat magnum simile triangulo, sanctissimam Trinitatem repraesentans, in medio cum campana, quae in processione pulsatur. In Basilica s. Laurentii in Damaso habetur tintinnabulum simplex, pariter trigonum, in medio cum campanula. Usus conopoei et tintinnabuli restringitur ad ecclesiae ambitum et ad limites parochiae<sup>2</sup>.

4. Quartum insigne Basilicae minoris est *usus Cappae magnae* — ubi nempe Capitulum canonice erectum existit — pellibus armellinis ornatae in anteriori parte per hy-

<sup>1</sup> Heuser describit conopoeum modo sequente: Das Conopöum . . ist ein zeltartiger Schirm, welcher unter Vortragen eines Glöckchens (tintinnabulum) bei den Prozessionen der einzelnen Basiliken und den gemeinsamen Prozessionen des römischen Klerus mit dem Kreuze der Geistlichkeit der Basilika vorausgeht. Die Form ist bekannt aus dem Wappen der römischen Kirche, welche dieses Conopöum über den gekreuzten Schlüsseln zeigt. Ursprünglich diente es wahrscheinlich dazu, bei einfallendem Regen dem Klerus Schutz zu gewähren. Es ist aus Streifen von roter und gelber Seide verfertigt und trägt oben auf der Stange ein kleines vergoldetes Kreuz und ein Band mit dem Wappen der Basilika. Diese Farben waren bis zu Pius VII., welcher hiefür weiß und gelb festsetzte, die der römischen Kirche. (Wetzer und Welte's Kirchenlexikon. II. Aufl. Freiburg im Breisgau, 1883. II. Band. Col. 22).

<sup>2</sup> Heuser adnotat de tintinnabulo haec: Das Glöckchen (tintinnabulum, campanella) wird bei diesen Basiliken vor dem Kreuze und dem Conopöum einhergetragen. Es hängt an einem aus Holz geschnitzten vergoldeten Gestelle mit dem Wappen der Basilika und wird auch während der Prozession geläutet, und zwar, wie Garampi meint, um das Volk an die Verehrung des Kreuzes zu erinnern, oder um dasselbe zu veranlassen, Platz für die Prozession zu machen. (Op. cit. et loc. cit.)

mem, et cotta super rochettum, quum cappa deponitur, per aestivum tempus. — Si huic privilegio ad exemplum nonnullarum Basilicarum minorum Urbis *Palmatoria* (bugia) in propria ecclesia addatur, haud repugnandum, ut eximus scriptor „suffragii super decreto 2744 Lucerna“ consulte observat. (Canonici in Basilica s. Laurentii in

Damaso utuntur Cappa magna, item palmatoria cum canone in celebratione sacrae Missae).

Utinam unicae *Basilicae minoris*, in dioecesi Lavantina existentis, honorificentiae et indulgentiae cederent ad maiorem Dei gloriam, in ampliorem praecelsae Virginis Mariae laudem animarumque uberiorem prosperitatem!

Marburgi, in festo Conceptionis immaculatae B. M. V., die 8. mense Decembri anno 1906.

† Michael,  
Princeps-Episcopus.

## 2.

### Allocutio Pii PP. X., habita in Consistorio secreto die 6. Decembris 1906.

#### Venerabiles Fratres!

Nobis cum animo reputantibus quid hodie potius cum amplissimo coetu vestro communicaremus, nihil occurrit, quod sollicitos magis habeat, nisi ea acerbior in dies rerum atque hominum calamitosa procella, qua catholicum nomen miserrime affligitur. Evidem hoc maxime tempore Ecclesia sancta naviculae illi est verissime comparanda, quae in medio mari operiebatur fluctibus. Attamen minime nutat fides Nostra; quin imo firmissime persuasum est, nunc quoque nobis adesse Christum, qui maturo opitulandi momento, surgens imperet ventis et mari, atque optata fiat tranquillitas magna. Interea, Venerabiles Fratres, tametsi magnis premimur aerumnis, solatum non deest Nobis, grande illud quidem planeque mirandum, quodque vel ipsi stupent catholicarum partium osores. *Concordiam inquimus singularem, qua universus coalescit Episcoporum ordo, atque Nobiscum est coniunctissimus.* Una enim omnium est conspiratio, unus consensus cum Pastore summo, Christi in terris Vicario; ut nemo sit illorum, qui insigne illud Augustini verbum iterare non gaudeat: Roma loquuta est, caussa finita est. Sicubi vero turbulentis inimicorum ausibus saerorum Antistites acris vexantur; eo ceterorum Episcoporum videmus oculos animosque converti addereque fratres fratribus solatia afflictis, ut scilicet malis ne cedant, sed stent fortiores tortoribus. — Pater sancte, qui illos posuisti regere Ecclesiam tuam, custodi in aeternum hanc voluntatem cordis eorum!

Utinam porro ad praeclarissimum hoc Episcoporum suorum exemplum catholicus etiam populus componatur ubique! Id utique toto Nos pectore exoptamus, id toto nisu hortamur, ut fideles suis omnino consentiant pastribus, nihilque antiquius habeant, quam illorum nutu duei suasque moveri. Postulat hoc quidem christiani nominis

officium; sed postulat modo impensius religionis bonum; ut videlicet, ubi christiana rei oppugnatio iam premit, constanti fortitudine superetur; ubi vero parantur religioni infesta, catholici, partium studiis animorumque dissensionibus generose depositis, quidquid leges sinunt nec christiana conscientia prohibet, id totum audeant ut ea feliciter avertantur.

Haec ad commune solatium atque ad animos excitandos visum est significare: nunc vero officium exigit, Venerabiles Fratres, ut nonnullarum viduitati ecclesiarum, in primisque inclytae Sedi Patriachali Hierosolymitanae latinae, quae per obitum Ven. Fratris Ludovici Piavi vacat, provideamus. Ad quam, re mature perpensa, Ven. Fratrem Philippum Camassei Archiep. Naxiensem destinare placuit. Quae huius Antistitis in Apostolicam Sedem sit voluntas, quae sint multarum ornamenta virtutum fusius prosequi non opus est. Curiae Vicarii Pontificis Maximi in Urbe primum navavit operam, matrimonii fidelium rite ordinantis praefectus. Tum vero, per annos quindecim, Collegio Urbaniano Rector cum laude praefuit, inter Pontificiae Domus Antistites merito cooptatus. Illum demum, ante annos duos, Archiepiscopatu Naxiensi, Nos ipsi auximus. In quo administrando quoniam egregie se probavit; de eo ad latinum Hierosolymitanum Patriarchatum evehendo cogitavimus. Quare auctoritate Omnipotentis Dei, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et Nostra, electionem facimus de persona praedicti Philippi Camassei, quem absolvimus a vinculo quo tenebatur Ecclesiae Naxiensi, ac transferimus ad Patriarchalem Ecclesiam latinam Hierosolymitanam, praeficientes eum Patriarcham et Pastorem eidem Patriarchali Ecclesiae latinorum, prout in decreto et schedula consistorialibus exprimitur; contrariais quibuscumque non obstantibus. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

3.

Indulg. 300 dierum conceditur pro oratione ad S. Ioachim.

Beatissime Pater.

Ioseph Masquilius, Sacerdos Congregationis SSmi Redemptoris, Director Annalium Sancti Ioachim, ad Sanctitatis Vestrae pedes provolutus, humillime petit Indulgentiam pro sequente liturgica oratione:

„O Ioachim Sancte, coniux Annae, pater Almae Virginis, hic famulis confer salutis opem.“

Recitantibus hanc precem semel in die indulgentiam tercentorum dierum in Domino concedimus.

Pius PP. X.

Praesentis Rescripti authenticum exemplar a SS. D. N. die 28. Mai 1906, manu propria, signatum, exhibutum fuit huic S. C. Indulg. Sacrisque Reliquis praepositae.

Datum Romae e Secretaria eiusdem S. C., die 16. Iunii 1906.

L. † S.

† D. Panici,  
Archiep. Laodicens., Secret.

4.

Katholische Bahnhofmissionen für zureisende Mädchen.

Die Landflucht, besonders der Mädchen, ist wegen der moralischen Gefahren und wegen der sozialen Folgen tief zu beklagen. Deswegen wurden die hochwürdigen Seelsorger auf unseren Diözesanenoden vom Jahre 1896<sup>1</sup> und vom Jahre 1900<sup>2</sup> dringend gemahnt, diesem Übel entgegen zu wirken und, falls die Reise in die Städte nicht hintangehalten werden kann, wenigstens die Gefahren, denen sie in den Städten ausgesetzt sind, von ihnen fernzuhalten.

In großen, dem Verkehre besonders zugänglichen Städten wurde im Interesse des katholischen Mädchenchutzes die sogenannte katholische Bahnhofmission eingeführt. Sie verfolgt den Zweck, jungen Frauenpersonen, wenn sie fremd und allein an den Bahnhöfen ankommen, sei es um einen Dienst zu suchen, sei es, um ärztliche Hilfe in der Stadt in Anspruch zu nehmen, Schutz zu gewähren.

Von diesen Motiven geleitet, hat der schon über 50 Jahre segensreich wirkende katholische Frauenverein in Graz

die Vorstellung des Dienstmädchenasyls in Graz in der Leonhardstraße 133 bewogen, sobald die Ankunft eines Mädchens rechtzeitig gemeldet wird, eine Kreuzschwester oder eine verlässliche Frauensperson an den betreffenden Bahnhof zu entsenden und denselben ihre Hilfe unentgeltlich anzubieten.

In unserer Diözese ist das „Marianum“, welches derzeit in der Kasinogasse Nr. 6 im I. Stock in Marburg seine Lokalitäten hat, mit dem gleichen Zwecke ins Leben gerufen worden. Dasselbe wird bereitwilligst dieselben Dienste leisten, wie die Bahnhofmission in Graz, wenn man sich rechtzeitig an dasselbe wendet.

Deswegen werden die Seelsorger dringend gemahnt, die obewähnte Rettungsaktion möglichst zu unterstützen und dahin zu wirken, daß in allen solchen Fällen rechtzeitig die angebotene Hilfe in Anspruch genommen werde. Es ist auch die Bevölkerung in geeigneter Weise darauf aufmerksam zu machen.

Betreffend die Bahnhofmission in Graz folgen anliegend eigene Birkulare an die sämtlichen Seelsorgeämter und solche an die Gemeindevorstehungen, welchen letztere zugestellt werden wollen.

5.

Oesterreichischer St. Rafaels-Verein zum Schutze der Auswanderer.

Ein Zweig der seelsorglichen Tätigkeit ist gewiß auch die Fürsorge für die Auswanderer, deren Seelenheil von manigfachen Gefahren bedroht wird auf der Reise sowohl, wie nicht minder im neuen Vaterlande, so daß viele Auswanderer moralisch und physisch zugrunde gehen.

Diesem Übel vorzubeugen, hat der Oesterr. St. Rafaels-Verein zum Schutze der Auswanderer mit dem Sitz in Wien eine schriftliche Enquête über die bei der Auswanderung zu-

tage tretenden Mißbräuche veranstaltet, deren Ziel und Aufgabe im nachstehenden Aufrufe genau gekennzeichnet ist.

Die hochwürdigen Herren Seelsorgepriester werden hiemit eingeladen, an obzeichnetner Enquête teilzunehmen und ihre diesbezüglichen Zuschriften direkt an das Auskunftsgebäude des Oesterr. St. Rafaels-Vereines zum Schutze der Auswanderer, Wien, X., Favoritenstraße 96 (Volks-Lesehalle), zu richten.

<sup>1</sup> Gesta est statuta. Marburgi, 1897. Pag. 235. — <sup>2</sup> Actiones et constitutiones. Marburgi, 1901. Pagg. 263 sq.

Der Aufruf lautet:

„Der Österreichische St. Rafaels-Verein zum Schutze der Auswanderer veranstaltet eine schriftliche Enquête über die bei der Auswanderung zutreffenden Missbräuche, Umfang, Zu- und Abnahme, Richtung und Ziel, Motive der Auswanderung in einzelnen Gegenden und Kronländern, Agitation und Verführung zur Auswanderung, Uebervorteilung beim Grundverkauf und Fahrkartenankauf, Geldwechsel, Unzukünftlichkeiten bis zur Einschiffung, sodann auf der Seereise und beim Landen, Verlockung in ungünstige Auswanderungsgebiete, Nichteinhaltung kontraktlicher Verbindlichkeiten, Mädchenhandel &c. und wendet sich an das p. t. Publikum mit der Bitte, verlässliches, statistisch verwertbares Erfahrungsmaterial beizusteuern und so selbst Mitarbeiter an dem vom Oesterr. St. Rafaels-Vereine in Angriff genommenen wissenschaftlich und praktisch zu verwertenden Aufklärungswerke über „Diagnose und Therapie der Auswanderung“ werden zu wollen.“

Auf das wissenswerte Material bezügliche Fragebögen stehen gratis zur Verfügung.

Alle Zuschriften sollen an das Auskunftsbüro des Oesterr. St. Rafaels-Vereines zum Schutze der Auswanderer, Wien, X., Favoritenstraße 96 (Volks-Lesehalle), in beliebiger Sprache gerichtet werden.

Schlusstermin der Volksenquête: 1. Februar 1907, für die überseeischen Teilnehmer derselben: 15. März 1907.

Der Oesterr. St. Rafaels-Verein macht zugleich auf den in New-York neu gegründeten Österreichischen Schutzverein für Auswanderer (Präsident: Franz Brodsky, New-York 1389 Second Avenue) aufmerksam und empfiehlt diese Wohlfahrts-Institution der Unterstützung aller österreichischen Patrioten.

### Frageschema,

#### über das wissenswerte Material, über welches Auskunft erbeten wird.

I. Wo ist der Auswanderer zu Hause, wer oder was hat ihn veranlaßt auszuwandern, wer hat ihm die Schiffskarte verkauft?

II. Wer hat ihm geraten, von verschiedenen Routen diese zu wählen, die er benutzt hat? War es der Gemeindeschreiber, Propinationspächter, Ortskrämer oder sonst wer?

III. Was für Geschäfte hat der Betreffende sonst mit ihm gemacht? Hat er von ihm seinen Boden abgekauft oder gepachtet, hat er ihm Vieh verkauft und dann zu einem geringeren Preise abgekauft?

IV. Wurden diese Geschäfte beim Advokaten, Notar &c. und bei welchem abgeschlossen? Wußte das Bezirksgericht davon? Waren auch Minderjährige als Verkäufer beteiligt?

V. Ist der betreffende Auswanderungswerber Agent einer überseischen Gesellschaft? Bekam er überseische Briefe mit fremden Marken, die er später herumzeigte? Hat der Ortsgendarm je diesbezüglich Erhebungen eingeleitet? Auf welchem Fuße stand der Ortsgendarm mit dem betreffenden Auswanderungsanwerber? Prahlte der letztere nicht mit seinen Beziehungen zu überseischen Staaten und Regierungen?

VI. Welche Ratschläge gab der letztere dem Auswanderer beim Verlassen des Dorfes? Bewiesen sie sich als praktisch oder nicht?

VII. Wohin reiste der Auswanderer von seinem Heimatdorf? Wie hielt er sich auf und was begegnete ihm in den Aufenthaltsorten?

VIII. Wie verschaffte er sich die erforderlichen Legitimationspapiere (Paß, Befreiung vom Militär)? Reiste er auf fremden Namen und wer verschaffte ihm die Dokumente, gegen welche Belohnung? Wie benahm sich ihm gegenüber der Agent, an den er gewiesen war? Hat er über ihn zu klagen und inwiefern?

IX. Hatte er im Stillen einen Arbeitsvertrag mit einem amerikanischen Grubenbesitzer, Fabrikanten &c. abgeschlossen oder wurde ihm wenigstens der Name eines Herrn angegeben, an den er sich zu wenden habe und der ihm Arbeit verschaffen werde, wurde ihm jedoch eingeschärft, er möge darüber, wenn er in Amerika landen solle, unverbrüchliches Stillschweigen beobachten?

X. Zu welchem Kurse wurde ihm das österreichische Geld gewechselt, d. h. wie viel Mark oder Dollars gab ihm der Wechsler in Katowitz, Hamburg, Bremen, Antwerpen &c. (Namen oder Adresse desselben angeben) für sein österreichisches Geld (wie viel Kronen und Heller waren es?); womöglich genaue Angaben über die Barschaft, mit welcher er das Heimatland verließ, wie viel, an wen und wofür gab er davon aus und mit welcher Summe schiffte er sich ein?

XI. Wo war er im Auswanderungshafen untergebracht? Schließen dort Männer und Frauen zusammen in einem Raum? Wie heißt der Besitzer des Gasthauses? War das ein ehrlicher Mann? Hatte er geheime Beziehungen zu einer überseischen Regierung? Animierte er für die Ansiedlung in einem bestimmten Lande? Wie geht es dem Auswanderer in seiner neuen Heimat? Wer leistete ihm die beste Hilfe, Schutz und Ratschläge daheim, auf der Reise und in der Fremde? Hat sich der Auswanderer an die österr.-ungar. Konsularämter gewendet und mit welchem Erfolge?

XII. Hatten die Zwischendeckpassagiere auf dem Schiffe (Name desselben und Compagnie angeben), Tische, Stühle, Bestecke? Wie war die Behandlung seitens der Mannschaft und des Offizierskörpers? Wie benahm man sich im Falle der Krankheit? Wie war das Essen? Wieviel Tage dauerte die Uebersahrt vom Einschiffungs- zum Landungshafen?

XIII. Hat der Auswanderer noch etwas mitzuteilen, was für das Los der Auswanderer überhaupt oder sein eigenes von Belang wäre?

XIV. Können etwaige bei dem Mädchenhandel gang-

bare Kunstgriffe, Listen, Vorwände und markante tatsächliche Fälle von Mädchenhandel angegeben werden? Von wo, auf welcher Route und wohin wurden solche Mädchen gelockt?"

## 6.

### Pfarrkonkursprüfungen.

Diejenen finden im Jahre 1907 am 30. April, 1. und 2. Mai und am 3., 4. und 5. September in der fürstbischöflichen Ordinariats-Kanzlei zu Marburg statt. Die Gesuche um Zulassung zur Pfarrkonkursprüfung sind wenigstens 14 Tage

vor der Prüfung durch das betreffende F. B. Dekanalamt beim F. B. Ordinariate einzubringen. (Actiones et constitutiones Synodi dioecesanae anno 1900 peractae. Marburgi, 1901. Pag. 563 sq. lit. a).

## 7.

### Sveta olja

se bodo delila po navadi na Veliki četrtek v knezo-škofjski pisarni. Posodice naj se poprej skrbno osnažijo.

## 8.

### Literatur.

1. Mit Bezugnahme auf das „Kirchl. Verordnungsblatt für die Lavanter Diözese“ 1905, IV, Absatz 33, wird hiermit auch nachstehendes Werk zur Bestellung empfohlen:

Vježbaj se u savršenosti i krščanskim krepotima. Španjolski napisao č. o. Alfonzo Rodriguez, svečenik Družbe Isusove. Prigodom slavija pedeset godišnjice proglašenja dogmata bezgrješnoga začetka. Sa španjolskoga preveli D. O. Kapucini na Rijeci. Drugi dio. Rijeka. Tisak Petra Battare. 1906.

2. Dem hochwürdigen Seelsorgerklerus wird zur Bestellung und Weiterverbreitung empfohlen die in Trier erscheinende neugegründete Mäßigkeitss-Zeitschrift: „Der Morgen. Blätter zur Bekämpfung des Alkoholismus und zur Erneuerung christlichen Lebens“. Von dieser Zeitschrift ist soweit das erste Heft mit einem recht interessanten Inhalt erschienen. Schriftleiter des „Morgen“ ist Rektor J. Haw, Diözesanvorsitzender des katholischen Mäßigkeitbundes in Trier. Druck und Verlag der Paulinus-Druckerei in Trier. Preis jährlich 1 Mark, einzelne Hefte 15 Pfennig.

F. B. Lavanter Ordinariat zu Marburg,

am 15. Jänner 1907.

† Michael,  
Fürstbischof.